



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quomodo diuiserunt vestes?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

multi solo tormentorum aspectu linquantur animo, idque post vigilias, vexationesque nocturnas, flagellationemque, & qui secuti sunt, labores, vererenturque ne id Christo contingeret: quem cruci ferenda imparem viderant, omnino excitare spiritus & augere voluerunt vino, & myrrha indita, ne sensus obstupescerent, & fructus crudelitatis interiret. Ad odorem autem vini, & praesertim myrrathi, vita & spiritus fessis, animoque defectis redire solet. In quem usum etiam acetum & hyssopum apposita auctor est inter alios Baronius.

*Fel crudeli
ludibrio
arsum.*

§. 9. Quam etiam solet, cur fel potioni indiderint. Ludibrio Christum veluti Deum fictitium, Dei filium felle potarunt, & cruciatus augendi causa.

Ludibrium in offerendo felle acerbum fuit. Nam Deum esse talem testabantur, cui nihil nisi teictitium, & sordidum sit offerendum. Querelam iocularem deorum ex Pherecrate adducit Clemens Stromatum 7. & addit: *μενα δὲ τὴν ὁσὺν ὁ κερὸν πεποιμένος, τὴν χαλὴν, ὅσα αὐτὸ βρωτὰ, οὗσι τοῖς θεοῖς ἐπιδίδόντες αὐτοῖς τὰ εἶδη ἀναλίσκουσιν.* Menander etiam scripsit: cum summum lumbum, fel, ossa quae comedi non possunt, diis imposuerunt, ipsi alia consumunt. Stultum autem iudicabant etiam ipsorum sapientes: *τὸς θεὸς ὅσων ἀσέκων, ἡ χαλὴς πικρὸν ἐστίν, ἡ δὲ ποτὶ πικρὸν οὐκ ἐβλάψα, χαλκὸν ἀπὸ τῆς: Deos gaudere fraude ossium nudorum, & fellis igniti, quae ne canes quidem esurientes vorare possunt.*

Taligitur Deo vinum libant, & myrrham, sed ut sacrificio contumeliam adferant fellis amarore omnia corrumpunt. Fellis enim amaritum potus habet, gustum & omnia contristantem, siccantem, sedimentum est enim putissimi sanguinis, folliculo, quem *χολή* appellant, comprehensum: minimam parte cibos, porumque amarum efficit. Diis quandoque offerebatur per ludibrium, ut huius vitae labores indicaretur, fel enim vitae symbolum esse docet Caelius 1.28. c.27. Fel etiam calfacit, ut Dioscorid. 1.2. c.96. *πικρὸς χαλὴ δὲ γινώσκου δὲ γινώσκου πικρὰ.* Omne fel acre, & calfacit. Fatigato igitur Domino, sudore, flagellatione exhausto ardor viscera vrebat, quocirca ingenti siti tortus exclamavit: Sitio. Cuius cum multa essent caulae, non minima etiam in fellis ardore futura fuisset. Omne autem fel venenum est, *πικρὸν γὰρ καὶ ἐπικίνδυνον τὴν τροφὴν ἐναντία, ut habet Aristot. 1.4. c.2. de partibus animalium.* Plin. lib. 11. c.37. Athena eius contactu nigrescere, ait: ne quis miretur id venenum esse serpentium. Maximum autem in eo virus esse demonstrat, *Fella tincta semina mures fugiunt.* Fellis in medicina usum praestantissimum docet Plinius lib. 28. cap.9. *Vis eius excoalfacere, mordere, scindere, extrahere, discutere.* Itaque omni modo torquendi occasionem exquirunt, & Dominus patientiae documenta ostendit. Cetera de crucifixione, suppedaneis, aliisque legi possunt apud Gregerum, & Lipsium.

*Acetum
sanguinem
fistit.*

Hoc moneo errare, qui acetum datum ad sanguinem celerius egerendum dixerunt. Aceti est sanguinem fistere. Plin. lib. 23. c.15. *[Aceto summa vis est in refrigerando, non tamen minor in discutendo: ita sit ut infusum reira spumat.]* Dictum est saepius, diciturque quoties cum alijs prosit. Per se haustum fastidia discutit, singultus cohibet, sternutamenta olfactu. Vim in balneis aestus arceat, si contineatur ore. Quin & cum aqua bibitur. Multorum stomacho vtiliter gargarizatur, cum eadem conualescentium, & a Solis ardoribus. Oculis quoque illo modo saluberrimum. Plurimum fori medetur post vredines. Item lepris, furfuribus, huiusmodi manantibus, canis moribus, Scorpionum ictibus, scolopendarum, muris aranei, contra omnium aculeatorum venena, & pruritus. Item contra multipede mortuum. Calidum in spon-

gia appositum, adiecto Sulphuris Sextante, Sextantis tribus acceti aut hyssopi fasciculo, medetur Sedis vitii. In sanguinis fluxione post excisos calculos, & omnia alia, foris in spongia appositum, intus potum Cyathis binis quam acerrimum. Conglobatum utique sanguinem discutit. Contra lichenas & biberit & imponitur.]

VERSUS 35.36.

Postquam autem crucifixerunt eum diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes: ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicens: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes servabant eum.

QUESTIO I.

Quomodo diuiserunt vestes?

§. 1. **V**estes diuisunt, & sedentes servabant eum, in graeco textu additur *ἐκεί, illis.* Tunicam inconsutilem non scindunt, sed fortuitur, cuius sit. Ioan. 19. 18. Hoc loco *ἡ τὸ γὰρ ἐστὶν τὸ πάπυρον* ante detractum fuit. Citatio Scripturae ex Plin. 19. multis non est, nec est in manuscripto Mofsement. Tunicam inconsutilem Patres & interpretes omnes interpretantur, Ecclesiam quae scindenda non est, quae optime seruatur etiam sub potestate militum & regum impiorum, modo ne scindatur. Isidorus Pelusiota 1.1. Epist. 74. Quis autem vestis illius vilitatem ignorat? ut quae Galileorum pauperes vtantur: apud eos enim maxime eiusmodi genus vestis fieri solet, arte quadam, ut peccatoralia, retractim consutum.

§. 2. Bullingerus catholicos irridet, quod honorifice vestem Domini afferunt. *[Hoc fuit spoliolum leus voluit esse penes milites: apud nos, qui nomen illius phitemur, nihil voluit esse sui carnale. Spiritu fidei & dilectione apud nos retinetur totus, sicut ipse dicit Ioan. 14. Vestem non adoratur neque colitur. Et sancti milites sunt, qui hodie aunt se custodire Tunicam Saluatoris, & militatarii quidem illa vtuntur, dentur dantes parum integros ac simpliciores in fide.]* *Abraham pater Isaac et Iacob alio modo colunt in sanctis. Tamen enim certo constaret, illam esse, quae dicitur, Togam Saluatoris, neutriquam tamen erat colenda. Nam cum nihil sit incertius, nihil vnquam stultius vel a superstitionis factum est, quam quod nunc sit ab illis nescio cuius togae adoratoribus cultusque.]*

Augusta Treuirorum vestis illa custoditur, non adoratur, non colitur tanquam Deus; nec amittitur tenetur, verum a sacerdotibus. Honorifice asservatur ut monumentum redemptoris, in eius custodia Deus ipse colitur: ut etiam amicus in tanemof non enim res inanimata sua natura, sed relatione ad Deum honorari censetur, ut corona regis, non quia aurum est, sed quia insignis potestatis. Nam & illis instrumentis ad miracula Deus uti dignatus est, ut Matth. 9. Marci 5. Luca 8. Matth. 24. Act. 5. & 19. Ipsi terra sancta miraculis clauit.

Augustinus libro 22. de ciuitate Dei cap. 8. *Acciperat autem ab amico suo terram sanctam de Hierosolymis allatam, ubi sepultus Christus die tertio resurrexit: cam quae suspenderat in cubiculo suo, ne quid mali etiam suspiceretur. At ubi domus eius ab illa infestatione purgata fuisset, quid*

quid de illa terra fieret, cogitabat : quam diutius in cubiculo
suo rueretur, ea habere volebat. Foris accidis, vt ego, & col-
legam meum, Episcopus Syriensis Elephas, Maximinus, in
patibulo effugus : vt veniens rogauit, & venimus. Cumque
vbi omnia reuoluisset, & hocperitus, vt infoderetur alicubi,
etq; hiorationum locus fieret : vbi etiam possent Christiani ad-
colleandae, quae Disi sunt congregari. Nonrefugimus : factum
est. Erat ibi iumentis paralyticus rusticus, qui hoc audito pe-
nitens, parentibus suis, vt illum ad eum locum sanctum non
misterent offerrent. Quo cum fuisset allatus, orauit, etq; inde
continuo pedibus suis saluus abscessit.

Rem tam preciosam mirabiliumq; effectricem si-
ne reverentia referuari non debuisse omnes intelli-
gunt, cum in ea honoretur Dei presentia, & benigni-
tas. Verum illa Zuingliana sunt ex Claudio Tauri-
nensi, Hieronymo Pragensi, Wicleffo, alijsq;. Nos
veterem Ecclesiam, ipsosq; Apostolos in reliquia-
rum veneratione sequimur.

§. 3. Psalmus 21. de Davide, & Christo agit: nam cum iam morti delinatus esset & fugisset, domus eius impolita est: vestesq; diuisa inter inimicos. Nam non modo non pepercerunt ceteris, sed vxorem etiam rapuerunt, alij; dederunt. Quocirca & Matthæus & Iohannes monerunt, vt ostenderent Christum nihil passum, nisi quod oraculo, iam olim Deus prænunciatum.

VERSVS 37.

Et imposuerunt super caput eius cau-
sam ipsius scriptam. Hic est Iesus
Rex Iudaeorum.

QVÆSTIO I.

Quis titulus in cruce fuerit scriptus?

Notus est priscorum iudiciorum ritus, quo
 solebant elogia damnatorum tabula appen-
 ditur, ad cuius vocem praecones edocere. Id omnibus
 damnatis commune fuit. Apud Eusebium l. 5. Titulus
 est Iesae filii Ahalae Christus filius Ioseph. Vide Liphim l. 2. c. 11.
 de cruc. Syrus dicit עלה דמורח gellethia demurech,
 id est filius mortis. Titulum Hebr. aum nobis fingit Bul-
 lingius, cum Syrus fuerit, & in Syro testamento huc
 in modum scribatur הנהי שמועל אהורחיה
 Iosephus Iudaeorum, in alius additur Nazarenus. Christus
 & Iudei, titulo videntur, ille quidem, quod rex cruci-
 fixus, hi vero, quod Messiam crucifixum, Interim
 omnibus nationibus programmate illo Sales osten-
 ditur. Vix enim quisquam Ierosolymis erat, qui ex
 tribus linguis aliquam non nosset: Syriacam autem
 esse in inscriptione constat ex Salmerone, aliisque,
 quae Romae unam partem videntur. Deinde ex textu,
 quae enim in Evangelis Hebraea dicuntur, Syriaca
 seu nova Hebraea, non vetera, itaq; & Pilatus il-
 lingua usus est. Deniq; plurimis notum voluit esse
 in praeposito Pilatus, non ergo veteri Hebraea scribi
 oportuit, quae in vulgus nota non erat.

3. Pilato mensuris suam in iudicando iniquitatem illo palliare: quasi regni affectore fixisset. Sacerat enim innocentem a plerisque exultantem. Cuius aliud non erat, nisi quia rex erat. Id postea Christianitas obtrigit, quorum solus nomen in crimen vocabatur. Tertull. Apolog. cap. 2. Sed illud in crimen expressit, quod ad publicum necisarium est, confessio criminis. & non ex am natu criminis. quando si de alio nomine cognovimus, non sit in confesso et nomen homicidæ, vel foris, vel in seipso, vel publica hostis (ut de vestris & legis loquar) contentis sit ad pronuntiandum, nisi & consequentia tangat, qualiter fecit, numerum, locum, tempus, confisio

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

Et cap. 44. At enim illud detrimentum Reipublicæ tam grande quam verum nemo circumspiciat, illam iniuriam civitatis nullus expendit, cum tot iusti impenduntur, cum tot innocentes erogantur. Vestris enim iam contestatur a-
ctus, qui quotiæ iudicandis custodiis præfeditur, qui senten-
tias et elogia dispensat: tot à vobis nocentes variis criminum
elogiis recententur, quis illic ficiat: quis manticularius?
quis sacrilegus, aut corruptor, aut lauantium prado? quis ex
illis etiam Christianus ascribitur? aut cum Christiani suo ti-
tulo offeruntur, quis ex illis etiam talis, quales tot nocentes.
de vestris semper affuit carcer, de vestris semper metalla su-
spendant, de vestris semper bestia saginantur, de vestris semper
numerarii noxiorum greges pascunt, nemo illic Christianus,
nisi planè tantum Christianus, aut si è aliud, iam non est
Christianus.

§. 3. Latrones adiuncti sunt, ut eius innocentia *Latrones.* obcuraretur, imo princeps latronum videretur, reuera ut ostenderet, quibus liberandis aduenisset. Inter hæc factum est, quod in Psalmis est: *Omnēs vident: et mei riserunt me.* Dicunt: *Vah qui destruis: & ædificas.* Σύρος *Heach.* exprobrantes cum gaudio, quod liberare se non valeat. Syrus: *Libera animam tuam.*

In Marco est *ὁ αὐτός*, vt Iob 39. 28. Isa. 44. 26. Ezech. 25 3. Psalm. 34. 21. Iustinus hinc probat Christum esse Messiam, contra Tryph.

Imo ipsi Iudæi dum spectando & insultando exacerbant dolores, seipsi reuincunt, dum enim fatentur alios ab eo saluos factos esse, vere saluatore non impostore profuturum. Inter irrisores vers. 41. Syrus etiam ponit Phariseos. *Descendat*, inquit, *και νικησεν* *μωυσε* *επι* *αυτου* *in ipsum*, ita & Mollemensis, *αλις νικησεν μωυσε αυτου*. In eo versantur autem inimici, vt Deo exolum esse ostendant, neq; enim latronibus insultabant, fed innocentem, cuius innocentia pendens in cruce earum pectora torquebat. Hoc olim Dauidi pari modo impetratur.

Liberet nunc, si vult, eum, duplex constructio: liberet eum nunc, si vult, Græcus *ῥυτὰ δὲ τὸν ἀποτόν, εἰ θέλει σὺ τόν.* *Liberet nūc eum, si vult eum, ita & Syrus* *אֵבֶךְ זֶבֶא בֶּח.* *Ech zeba bech. Si complacet in illo,*

V E R S V S 45.

*A sexta autem hora tenebra factae
sunt super universam terram usq[ue]
ad horam nonam.*

QVÆSTIO I.

Qua hora crucifixus est?

§. I. **A**B horâ sextâ tenebræ factæ sunt super vni-
uersam terram, vsq; ad horam nonam. Eo-
dem modo Marc. 15. 33. Lucas 23. 44.

At Marcus 27. ^{3.44.} *vers. an fuisse horam tertiam, cum*
eum crucifigerent. Quomodo illa concilianda sint
verba Marci cum Ioanne, qui hora quasi sexta dam-
natum scribit, iam considerandum est. Comestor, &
ex eo Erasmus mendum putant, & pro greco 3. quod
est signum numeri tertii, Erasmus reponendum pu-
tat signum 6. quod senarii est hora: verum cum sit an-
tiquissima difficultas, & veteres textum vitiatum
non dixerint, cum etiam in Latinis, Græcis, Syris
constanter omnia exemplaria habeant tertiam, non
est sciendus ille nodus, sed legitime solvendus.

Consensus
Evangelii-
stium.

Lectio om-
nium li-
brorum re-

§. 2. Dies apud Hebræos duodecim horis diuidebatur, prima ab ortu solis incipiebat duodecima occasu finiebatur. Eadem & noctium diuifio. Alia erat & dierum & noctium partitiō ciuilis, & ad opera ac-